

in pertinacibus doloribus ischiadicis & aliis. Ad reuulsionem quidem, cum ceruici vel occipi-
ti, vel pone aures applicantur, ad humores,
qui è capite ad anteriores partes faciei feruntur,
reuellendos. Ad deriuationem vero & euacuationem, cum in bubonibus vel carbunculis
pestilentialibus parti inferiori è directo adhiben-
tur, ad materiae virulentæ euacuationem, ut si bu-
bo fuerit in inguine, cruri vesicatorium applican-
dum.

De Pyroticis siue Cauteriis potentialibus.

C A P. LXIII.

Kαυσικὰ φάρμακα, adurentia medicamenta: ea-
dem & ἰσχαρωτικά, quod crustam partibus
vstis inducant. Dicitur etiam καυτήετος, quod v-
rendi vim habeat, & usurpat tam pro medica-
mento, quod potestate vrit, quam pro ferro
candente.

Cauteria duplia sunt; alia actualia, alia po-
tentialia. Potentialia, Græcis pyrotica, quod i-
gnis instar adurant, Latinis ruptoria, eo, quod
putrefaciendo, & etiam adurendo cutim fran-
gant, & post se crustam relinquant. Materia ho-
rum multiplex est: magna tamen ex parte ex lixi-
vio, ex quo sapo fit, conficiuntur, in qua aqua
calx viua maceratur, vitreolum, sublimatum, au-
ripigmentum, alum, sal nitrum & similia. Pa-
tatur vulgo hoc pacto:

*2. Aq. stillatitiae ex calce & cinere, ex qua fiunt sa-
pones nigri q. s. indatur vasi vitreis, bulli-
ant;*